


17.84

B. 86.



LVDI LI=
TERARII MAG=
DEBVRGENSIS ORDO,
LEGES AC STA-
TUTA:

Autore

GODESCALCO PRAETORIO.

CAPITA PAGINA VERS
sa commemorat.

Τυχῆ τῆς πόλεως νόμος ἐρόειται ἀπάσκε
ιηγή μεγάλη πίπτει νόσφι νόμοιο πόλεω.
Ζωέρ γέρ τυχῆς θνήσκε τόγε σῶμα τερρήθει
ζυτως νόσφι νομόμωρ λύσε τὰ γῆια πόλει

Siegfridus Sacus.

ANNO M. D. LVIII.

Prima pars de statu rei Scholaſtiſ
cæ.

Secunda de officijs Gubernato‐
rum.

Tertia de morib⁹ & officijs ſcho‐
laſticorum.



AD AUDITO-

RES.

Demosthenes dixit : πόλεως φυχή
εἰναι τούς νόμους, ὡς εργαζόμενοι τοι σῶς
μάσερηθεὶς φυχῆς πίπτε : οὐτω νοέι πόλις
μή οὐτωρ νόμωρ καταλύεται. Eadem pes
ne uerba sunt apud Isocratem in Areos
pagitico. Et præclare sane ab ipsis dis
cūm est. Quid enim ciuitas sine legibus
& legum executione esse potest ? Sed
quod ipsi de politica gubernatione gra
uiter censuerunt, idem ad Rempub :
Scholaisticam non inepte accommodari
potest. Est enim & hæc quædam πολ
ιτεῖα, quam certis administrari legibus
peropus est. Nec minus Scholaisticæ,
quam aliarum gubernationum anima &
neruus sunt leges, sine quibus nulla gu
bernatio diuturna esse potest. Aristoteles in præfatione Rhetorices ad Alex
andrum inquit : καθάπερ ἐσὶ φυλακτι
κόρ σώματος ὑγεία : οὐτω τῆς φυχῆς φυ
λακτικόρ κατέσκαιπαιδεία . Et diuus
Paulus in educatione duo requirit : παις

A ἦ . δέκαμ

Se iux^t ap^{pel}latur nouit^{ia} r^{ati}on^{is} ap^{pel}latur n^{atu}ra. Hæc si recte perpendantur, leges scholasticas non excludunt. Compl^{et}itur enim Apostolus in disciplina sine dubio & honestam morum gubernationem & bonarum artium culturam, de quibus quoq^{ue} in scholasticis agitur legibus. Oportet autem non tantum in scrinijs & tabulis repositas habere leges, sed (ut Archytas Pythagoræus dicere consueuit) assidue etiam in conspectu esse & hominum annis inculcari debent. Id ut commodius fieret, annis superioribus leges scholasticæ a clarissimo viro Godescalco Praetorio & scriptæ & editæ sunt. Ea Exemplaria cum distracta sint omnia, necessitas simul & utilitas exigit, ut reculerentur, cum ut nostris adolescentibus in conspectu essent, tum ut alijs, si qui uelint, scholasticæ gubernationis imaginem inde petere possent. Repetuntur autem eadem leges & quidem integræ. Nam easdem retineri satius est, quam sanciri nouas, cum nulla legum mutatio periculo careat. Ideoq^{ue} sapienter Zaleucus in sua Repub: statuit, ut qui sancis

sancitas leges mouere, aut nouas sancire
uellet, Collo in laqueum immisso de le-
ge uerba faceret. Voluit scilicet temes-
ritatem condendarum nouarum legum
tollere, quæ sæpe optime constitutas
euenterunt Respub: Idem non nuns-
quam Scholis eueniare solet. Deinde ins-
tegræ repetuntur, ut integræ conseruen-
tur, & ita ad posteritatem propagentur,
ut ab autore scriptæ sunt. Nunc uestri
est officij, leges illas non tantum cognos-
cere, sed & studiose obseruare. Nam
quicquid id est, quod his continetur
legibus, id totum uestro inser-
uit commodo. Valete.

Nonis Decembris,

Anni,

M. D. LVIII.

Siegfridus Sacus.

A ij

Coma

CONSTITUTIONVM SCHO-
læ Magdeburgensis.

PARS PRIMA.
De statu rei Scholasticæ.

I. ORDO.

DE STATV RERVM
in templo.

DIEBVS FESTIS TAN-
tum Ecclesiasticos labores conuenit es-
se, ut certa fidei & Inuocationis sint
exercitia.

Sicut sex distinctæ parochiæ sunt, ita
Cuilibet Collegarum unus in canticonibus
gubernandis præficitur, exceptis Rectore,
Correctore, Cantore, sed Collegarum cre-
scente numero, semper pro cōmoditate con-
sulitur.

Scholasticus Cœtus in Parochias distri-
buitur, sed eo ordine, ut quilibet eius loci, in
quo commoratur, rationem habeat.

Bis in die festo conueniendum in templis
primum quidem tempore matutino circiter
septimam, deinde uero Pomeridiano ad pre-
tes uespertinas.

Quia

Quia uero & Musica propter res sacras
inuenta, & Deus unanimi cōsensu uoceq; ce-
lebrandus est, ideo statutū fuit, ut tota scho-
lastica pubes, præsertim canentium, in ædem
Diui Hulderici conueniat ad horam primam,
ubi Musicæ figuralis exercitia peraguntur.

Ad conuocationem pulsus instituti sunt,
finitis ijs auspicia canendi facienda sunt.

Cantilenæ pro temporis ratione canan-
tur, qua de re peculiares tabulæ conscriptæ
sunt.

Quoniam autem in templis omnium ma-
xime propter exemplum disciplina requiritur
præstandum est, ut in eo quoq; genere Iuuen-
tus exculta uideatur, sed hac de re suo loco.

In qualibet Parochia sui sint catalogi, ac
insuper constituantur a gubernatoribus præ-
fecti, qui sint inspectores eorum, qui delin-
quunt interea, dum in templis commoran-
dum est.

In nuptialibus Decantationibus omnia,
pro Parochiarum ordine fiant: quid quod in
tota Cæremonia nihil nisi quod decorum est,
peragi conueniat?

II. ORDO.

DE GENERALIBVS IN Schola ritibus.

Diebus non festis, publicis in schola le-
ctionibus quinq; tribuuntur horæ, ex
quibus matutini temporis horæ duæ,
A iij septi-

septima & octaua, pomeridiani uero tres,
duodecima, prima & secunda. Optimi quicq;
Artifices in hac palæstra satis esse iudicant,
ut quatuor aut ad summum quinq; horis puer
in publico Gymnasio doceatut.

Cum requies alterna studijs frugifera sit,
unum diem feriatum oportet constitui, qui uel
Iouis uel Mercurij pro Scholæ commoditate
iudicioq; docentium esse potest.

Duobus ante septimam quadrantibus
pulsum fieri, ex re putatur esse, ut & audire &
interea conuenire, qui procul absunt, tanto
minori labore queant.

Post pulsum finitum lectio Catalogorum
immediate subsequatur, quo in negocio, qui
nomina non referunt, notandi sunt, ut qui uel
absint, uel intempestive uenerint, conspicuum
queat euadere.

Catalogo succedat Catechismi recitatio
in omnibus Lectorijs, cuius ratio tradetur in
Canticibus.

Precibus finitis, continuo studijs aut le-
ctionibus opera dabitur, idq; a septima ad
Octauam usq;, in quo sua cuiuslibet classis est
conditio.

Finitis Lectionibus, & octaua audita,
Causæ Scholasticæ rei cognoscentur, ut, si qui
uel absint, uel serius iusto uenerint, sineq; ue-
nia, uel alioqui deliquerint, pœnis pro facto
legitimis afficiantur.

Omnibus rite peractis, Cantiuncula quæ-
dam intermiscebitur, ut & gratiæ DEo pro
successu studiorum ex lectione agantur, & si-
mul precatio[n]es pro sequentis horæ lucubra-
tionibus ad Deum Opt; Max; effundantur:
Ac de

**Ac de his in tabulis Cantionum Scholaſticis
Ab Octaua ad Nonam lectionum Exer-
citia ſunt pro ratione Clafſium.**

Absoluta lectione certis in Clafſibus
Examen erit de ijs qui publice notati ſunt
propter ſpretam in loquendo latinitatem,
fietq; pronunciatio contra delinquentes pro
loci delictiq; conditione.

Iudicio uel Examini Cantiuncula ſucce-
dat, idq; uel hymnus, uel Mensæ benedictio,
quod arbitrio commiſſum eſſe potest.

Omnibus expeditis, diſcedendi facultas
conceditur, ſed cum periculum hic de conſu-
fione ſit & tumultuatione, hoc præſtatur, ut
pro ratione parochiarum, idq; ordine ac per
paria, pueri dimittantur.

Tempore Pomeridiano ſimilis horarum
& actionum circulus eſt, ſed de Lectionibus
titulo ſequenti copiosius, Sic & de cantionib-
us Ordine peculiari.

III. ORDO.

DE CLASSIVM DISTRI- butione & Lectionibus.

Classes nouem a primis Instauratoribus
placuit institui, idq; ſapienter cogitatum
eſt, cum tantæ multitudini ſecus fatis-
ſieri non poſſit.

In qualibet Classe certi Autores, certa
ſunt Exercitia, quibus & diſtinguitur, & or-
A v do di-

do discendi propagatur. Prīmis Tyronibus
eodem die unum unius Artificij sufficit exer-
citium: Mediocribus duo Maioribus plura,
sed tamen quod numerum ternarium exupe-
rat, reprehensionem incurrere uidetur.

Junioribus nonnunquam quies conceden-
da, ut a uoce Magistri liberati nō nihil inter-
spirent, & quasi per interualla repetitionem
sibi suo Marte sumant, sed maioribus semper
instantum est, ut auida mens impleatur, & de-
terioribus cogitationibus præcidatur occa-
sio.

Hora duodecima Musicis Exercitijs de-
stinatur, sed pro quinque Classibus prioribus.

Sabbathi diebus repetitiones lectionum
generales, partim recitantur, partim dispu-
tantur more fiant, Ac ijsdem diebus Euan-
gelijs aliarumque sacrarum rerum explicationes
conueniunt.

In nona Classe constituuntur Elementa-
rij. Institutio fit in literis, syllabarū collectio-
ne, & uocabulís puerilibus, qualia sunt, Deus,
Angelus. Libelli lectionum sunt Elementares
communes cum Catechismi capitibus.

Septima, duodecima, & secunda fiat Exa-
minatio, cæteris interquiescat secum ipsi me-
ditantes.

Sabbathi duodecima simplices Catechis-
mi partes recitabuntur coniunctis Classibus
Nona & Octaua, Recitentur & uocabula si-
cut ordine didicerunt, ita ut uno præcinente
cæteri respondeant.

In Octaua Classe Lectionarij Minores
consistunt. Institutio fit in legendo & primis
initijs scribendi, insuper etiam uocabulis Ad
lectio-

Lectionem Donati libellus subseruit potissimum , cætera cum Nona Classe communia continet.

In septima Classe Lectionarij Maiores commorantur, Institutio fit in expedita ratione legendi & pronunciandi, in elegantia quædam pingendi, & dictorum quorundam Latinorum explicatione. Lectioni Grammatica D. Philippi & Euangelia subseruiunt, explicationi Dicta Sapientum, ut nuncupantur. Horæ Lectionis & reliqua quoq; cum superioribus conueniunt.

Sabbathi Pomeridiano tempore Euangelij lectio exigitur quo cum sibi tum parentibus domi pueri satisfacere queant.

In sexta Classe Declinatores sunt et Coniugatores. Nudæ Declinationes ac Coniugationes hic sine illis præceptionibus partium docentur. Libellis utentur ijs qui sola Paradigmata Declinationum ac Coniugationum continent. In super Distichorum Catonis liber primus & secundus proponetur, ut inflexionum in promptu sint Exercitia Singulis diebus ad recitationem Inflexionum una sumuntur hora, secunda ad exercitium earundem ex Catone, tertia ad scribendas declinationes et coniugationes, quarta ad exhibendas easdem, postrema ad explicationem libri primi & secundi Catonis, Sabbathi duodecima Euangelij pars ediscenda est.

Quinta Classis Donatistarum est. Institutio fit in partibus orationis, Declinatione, Coniugatione, Analytibus dictionum, & Germanicarum Epistolarum lectionibus. Ex Libellis proponantur Donatus, Catonis, tertius & quartus

& quartus, Euangeliū Latīnum, Catechis-
mus.

Ad recitationem Donati matutina su-
matur hora, altera ad exercitium Donati ex
Catone. A prandio Musicæ una hora, altera
Recitationum uel Analyseon, postrema Ca-
tonis aut Germanicarum Epistolarum.

Quarta Classis Rudimentarios Etymo-
logiæ continet, Institutio fit in primis Ety-
mologiæ Elementis uel partitionibus, sic ut
præcipua sumantur Capita, quæ sunt, Regu-
læ de Generibus, de Præteritis, sed Exceptio-
nibus postpositis. Libri sunt Etymologiæ ru-
dimenta puerilia, Disciplina Morum puerili-
um, uel Fabulæ Camerarij selectæ, Salomo,
Nonnunquam etiam Erasmi Colloquia quæ-
dam, uel Pædologia Mosellani, Euangeliū,
Catechismus. Singulis diebus hora matutina
recitatio rudimentorum fiat cum enarratione
sequentium præceptionum. Altera hora Ex-
ercitium earundem præceptionum ex Auto-
re, qui priori die enarratus est. Hora duode-
cima Musica sunt Exercitia. Prima partim
scriptorum exhibitione, partim declinando et
coniugando, Secunda enarrando cōsumetur.
Cum feriarum dies est, fabularum una red-
denda materno sermone proponatur, quam
sequenti die exhibeant.

Sabbathi matutinis horis Catechismi re-
citatio fit, sed Pomeridiano tempore cum
Classe tertia Latīnum Euangeliū audien-
dum est.

In tertia Classe constituuntur Gramma-
ici Minores, quibus inde nomen est, quod
Minoris cum Etymologicum Syntaxeos le-
ctio-

ctionibus exerceantur. Libri, quibus utuntur, sunt Etymologia & Syntaxis Minores, Terentius, Ciceronis Epistolæ selectæ, Euangeliū. Nonnunquam Erasmi ciuitas substitui, sed pro conditione poterit & arbitrio.

Singulis diebus Grammatica & Syntaxis proponetur, sed distinctis horis. In Grammatica duorum dierum horæ duæ Novmini tribuantur, Duorum sequentium horæ duæ uerbis reliquisq; partibus. In Autoribus enarrandis pro commoditate fieri potest distributio. Die feriato Thema scribendi proponetur ex Apophategmatis, Similibus, aut Fabulis quibusdam AEsopicis, Sabbathi, matutinis horis fit Disputatio, sed a prandio Euangelium Latinum enarratur. In eadem Classe commodum arbitramur, ut Exercitium Latine loquendī pueris insungatur & exigitur.

Secundam Classam ijs attribuimus, qui solidiore Grammatices imbuuntur cognitione, & insuper ad uersus Græcæq; linguae peritiam præparantur. Libros attribuimus Etymologiam D. Philippi Maiorem, Syntaxin maiorem, Prosodiam, Educationem puerilem Græcæ linguae, Terentium, Epistolarum Ciceronis libros posteriores, Bucolica Vergilij, Bucolicorum loco nonnunquam uel Aeneidos libri priores, uel Ouidij Castum Carmen substituatur, Euangelium Græcum. Distributio per horas arbitraria potest esse, sed tamen Etymologiæ Nominis horæ duæ, Etymologiæ uerbi itidem duæ, Syntaxi quoq; duæ tribuantur singulis Hebdomadibus. Musicæ, & Terentij explicationem cum prima

com-

communem habent. Exercitium Styli sum
mopere necessariū his est, ad quam rem ma
terias Epistolares et Fabulas poeticas hoc lo
co sumi commodissimum est, ac eae partim ex
Terentio, partim ex poetarum descriptioni
bus uel fabulosis Narrationibus peti possunt
utiliter, Non abs re fore uidetur. Si Distichis
scribendis aliqui exercerentur, id quod uel
data materia uerbis transpositis, uel concessa
qualibet sententia fieri facillime posset. Ex
ercitium Latinitatis prorsus ab his exigendū
esse iudicatur.

Prima Classis eorum esto, qui Artium &
Linguarum studiosi sunt. Libri ordinarij sint
Dialectica, Rhetorica, Grammatica Græca,
Ars poetica uel Prosodia, Arithmetica, Te
rentius, Epistolarum Ciceronis Libri prio
res, Officia Ciceronis, Iulus Cæsar, Vergiliū
Aeneis, Orationes Ciceronis, Homerus uel
Hesiodus, Euangelium Græcum. Grammati
ces enarratio non fit, sed in ipsis Autoribus
Repetitio præceptionum eius Artis negligi
nō debet. Nonnunquam in Autoribus uaria
re licitum, sed ita ut simile genus retineatur.
Cuius generis sunt, Erasmi libellus de Copia,
partitiones Oratoriæ Ciceronis, Iustinus, Ep
istola Pauli, Phocylides, Theognis, Lucianus,
Philosophia Moralis D. Philippi, Ouidij ca
stum aliquod Carmen, & similes.

Distributio pro captu uel arbitrio fieri
potest, sed ita ut nihil non sapienter factum
appareat.

Singulis Septimanis Thema scribendi
proponetur, idq; uel Epistolari materia uel Hi
storica. Quolibet semestri Declamandi The
ma

ma præscribetur, idq; uel ex communi usu us-
tæ, uel ex ipsis enarrationibus, uel alioqui ta-
le ut in promptu possint esse res & uocabu-
la. Qualibet Hebdomade carmen exhiberi
uolumus, sumptum ex Psalterio uel alijs com-
modis materijs. Exercitium Latinitatis pror-
sus est necessarium, ad quam rem duplices
obseruatores adhibebuntur, publici & priua-
ti. Sabbathi diebus ad horam matutinam Di-
sputationum exercitia fiant, idq; pro captu
rebusq; discentium,

III. ORDO.

DE PARTITIONE CLAS- Sium Secundum, officia pue- rorum:

IN qualibet Classe certæ sunt partitiones,
ita ut sit in decurias distributa.

Sunt & puerorum officia quedam, per-
inde ut in re militari, Præfectus, Decanus,
Subdecanus.

P R A E F E C T U S primarius inspecto-
r est, atq; eius generis unus in qualibet Classe
fufficiet. Ei Catalogus commissus esto, idem
absentes, sero uenientes, discedentes, tumul-
tuantes notabit, ac de ijs ad præceptores uel
sua sponte uel postulatus deferet. Hebdoma-
darii erit hoc officium, & singulis septimanis
mutabitur, ita ut ordine Catalogi succedens,
hanc suo tempore prouinciam occupet.

D E C A N U S is est, qui primum in Deca-
de to-

de locum obtinet, Ita fieri potest, ut in una ea-
demq; Classe plures Decani simul existant,
sed totidem tamen, quot sunt decuriæ. Deca-
ni primi debent in recitando exponendoq;
esse, & ijdem officio suo peracto præcepto-
rem in cæteris suæ Decadis audiendis iuuau-
bunt. Insuper una cum præfecto tumultu-
antibus annotandis inuigilabunt, cum per
Præfectum omnia satis & super agi posse nō
videatur uerisimile. Eius officij constans est
ratio, ac eatenus, quo usq; quis primū in De-
cade locum obtinet, Decanus & perhiberi &
a cæteris agnosci debet.

SVBDECANVS is est, qui Decano cui-
libet est proximus, Et ob id quot Decani
sunt, totidem oportet Subdecanos institui.
Officium eius in hoc consistit, ut medium De-
cadis partem tanquam testis audiat, ne Deca-
nis nimij labores excrescant, & temporis lon-
ga fiat prorogatio. Quamdiu quis Decano
proximus est, tam diu hanc administrabit
prouinciam.

Quod si usu ueniat, ut abesse gubernato-
res ij cogantur, licitū illud esse sub uenia po-
test, sed in eo negocio semper alios suo nomi-
ne substitutos, uicem complere curabunt.

V. ORDO.

DE PUBLICIS EXER- CITIJS, uel actionibus.

Non

Non est dubium prodeesse iuuentuti, ut publica quædam instituantur exercitia, ex quibus illa præcipue placent, Legum recitationes, Declamationes, Disputationes publicæ, Comoëdiarum actiones.

Legum pronunciations necessariæ sunt, ut adolescentes de suis officijs admoneantur, cum alioqui usitatum sit, excusationes ab ignorantia petere. Latine recitari publico congressu satis est, iuniores separatim commonefieri possunt.

In Declamationibus, cum honestæ materiæ tum utiles sumendæ sunt. Præstandum insuper, ut oratio pura sit, & omnia, quantum fieri potest, sapienter cogitata. Nonnunquam poema declamationis uice pronunciabitur, sed quod sit castum, utile & iucundum. Nulla unquam recitabitur declamatio, nisi prius Ludirectoris intercedat autoritas, qui Scholæ curatoribus quid debeatur, intelliget.

Declamandi munus cum ipsi ludi literarij moderatores ordine quodam, quantum potest, tum Scholastici propter studiorum specimen administrabunt.

In Disputationibus, utiles & honestæ sumantur materiæ, & præsertim, siquid eo tempore de usu communi in disputationem ue- niat. Semper initio domino Superintendenti propositiones, præsertim in Theologica materia, exhibebuntur, ut in doctrina nihil aberratum, nihilq; sine consensu factum consipiatur. In ipso congressu breuitas & perspicuitas præstabitur, quantum fieri potest, loquacitati locus esto prohibitus. Siquis confuse sine Dialecticis formis argumenta profere-

B
ret, is

ret, is primum de formæ confusione admoneatur, & interim, si fieri facile est, adhibetur responsio. Rixationes, uerborum aniles commutationes, conuiciationes, & alterius confusiones, quas multi ex animi quadam ægritudine quærunt, prorsus ab hoc pio musarum negocio excludi atq[ue] exulare uolumus. Si quis stomachosius rixatur, si conuiciatur, si contentiose aucupandæ gloriæ causa non contentus simplicitate instat & urget, illi comiter respondendum est, non esse talibus locū, sed adfcrenda conuenientia, disputationes esse placidas sententiarū collationes, sine animi acerbitate. In conflictu, si responsio primo intuitu in promptu non fuerit, rejciatur ad Superintendentem, uel eo absente ad alium eruditione & autoritate præstantem. Quod si aliorum ope destituaris, non ineptum uideri debet dilationem petere, præsertim cum stu-
ti sit, ad omnia cum impetu respondere uelle, econtra uero sapientis, deliberationem ex-
petere. Præsidentis persona gubernatoribus incumbeat, respondentis officio quilibet fungi poterit, ad obiectionem omnes admittantur, exceptis ijs, qui minus syncere rem acturi uidentur. Hoc exercitium si rite usurpetur, multiplicem habet utilitatem: Eruit & patet facit multas res obscuras, assuefacit homines ad rotunditatē & perspicuitatem in proponendo, adfert dexteritatem in respondendo, & præparat ad humanitatem, uel sapientiam in congressionibus. Tota ratio disputationis cum ad Superintendentis officium pertineat, ita demum scholasticis moderatoribus incumbet, si Superintendentis propter publica-
præsta.

præstare non queat. Quod si abusus sequan-
tur, licitum erit non nihil restringere.

Comœdiarum actiones putantur pro-
desse ad iustum audaciam in animis puer-
um confirmandam. Ac uerum est prodesse,
sed si recte & ad mediocritatem uti uolueris:
In Comœdijs uicissitudo iucunda, ut alias la-
tine, alias sermone uulgari exhibeantur. Ex
Terentio latinæ sumi possunt, cæteras nostri
suppeditant.

Sed quia necessarium est suis quodlibet
temporibus & distincte fieri, propterea de
oportunitate liberatum est hac ratione.

Dominica quæ est a Paschate secunda
est, legum promulgatio conueniet.

Dominica, quæ Trinitatis prima est, de-
clamatio uel poematis recitatio.

Die Iouis, qui Barptolemæi ferijs pro-
ximus est, disputatio Theologica uel Philo-
sophica.

In nundinis Mauricij actio Comœdīæ
latinæ.

Dominica Luce proxima legum recitatio:

Dominica Aduentus Declamatio.

In nundinis Septuagesimæ, Comœdia,
uel Tragœdia.

Dominica Lætare uel circiter disputatio
uel Theologica, uel Philosophica.

Sicut iura ciuilia mutabilia sunt, ita lici-
tum est pro ratione temporis aliquam inter-
cedere uicissitudinem, sed cauendum id, quod
mitium.

VI. ORDO.

B ï DE

DE EXERCITIIS

Puerilibus.

SVnt & alia quædam in scholis exercitia necessaria, utpote, recitationum, disputationum, styli, carminum, latinitatis.

Recitationes in omnibus classibus seruabantur, propterea quod memoriae sunt exercitia, & ad habilitatem comparandam requirantur. Ad ediscendum & recitandum artium præceptiones præcipue proponentur. In Cicero, Vergilio, Terentio, nonnullis artificiis illorum tantum recitatio sufficere videntur, quæ imitationem insignem continent.

Disputationes singulis Sabbathi diebus matutino tempore fiant. Vagas eas esse nolumus, sed in artium præceptionibus fiant, idq[ue] ita, ut & quantum ea septimana docti sunt, & perinde, ut audiuerūt, conferant. Absint animales rixationes, ne pro placido exercitio canini morsus in scholam irrepant. Qui superior disputatione fuerit, ut præmium laboris reportet, alterius locum, si superior sit, occupabit.

Non inutiles semestres quoq[ue] disputationes iudicandæ sunt, quibus sex mensium studia ueniunt in repetitionem. Ad hanc rem utiles sunt Menses duo September & Aprilis, idq[ue] cum aeris ratione, tum scholaistica temporis mutatione. Decem & quatuor dierum spaciū sumi potest, & cuiuslibet diei horæ duæ. Eadem disputationes, pro conditione classium, & institutionum, idq[ue] in artibus tantum fieri debent.

Exercitium styli, per omnes uagatur classes,

fes, sed diuersa ratione. Elementarij & scri-
ptores singulis diebus exhibebunt. Declina-
tores & Coniugatores exercentur analysi-
bus, ut uocant. Qui rudimenta Grammatices
cum fabulis erudiuntur, Fabulam uel simile
quid Germanice redditum exhibent de Sep-
timana semel.

Qui Grammaticen docentur & bono-
rum autorum explicationem audiunt, singulis
septimanis Thema scribendi latinum ex Ger-
manico translatum exhibent. In hoc genere
materiae sumantur ex ijs, que enarrata sunt, ut
in promptu possint esse res & uocabula. Est
& auditorū habenda ratio, ut alijs apophthe-
gmata, similia, fabulæ AEsopicae, alijs Episto-
læ breuiores, fabulæ Poeticæ, alijs Epistolæ
maiores, historiæ, uel similia præscribantur.
In recognitione duo spectanda sunt, ut mun-
da literatura, ut oratio Grammatica et latina
sit. Sed de emendando Erasmi præcepta, quæ
extant libro de consribendis Epistolis, tene-
antur & in usum adhibeantur.

In recognitione scriptorum utile admo-
dum est, ut publice fiat, qua in re certā quan-
dam horam moderatores eligant, sed tamen
in his pro conditione discentium agi conce-
sum est.

Carmina primarum tantummodo sunt
classium. Qui primi Tyrones sunt, distichis ex-
erceantur, & ut facilitas adsit, materia propo-
ni potest uerbis ijsdem, sed transpositis. Qui
aliquo progressi sunt, Psalmos sibi sumant,
Epithalamia, Epicedia, Epistolares materias,
Paraphrases ex Græcis poetis Singulis hebdo-
madibus exerceri necesse est, & semel exigi
suffecerit.

B iii La

Latinitatis exercitium prioribus conuenient ordinibus. Qui Grammaticæ fundamentamentent, & ad honorum autorum cognitionem adhibentur, si latinitatem negligant, male funguntur officio. Quia uero formidine pœnæ multi sunt ad uirtutem extimulandi, duplices obseruatores institui possunt, publici uidelicet & priuati uel clandestini. De publica obseruatiōe diebus singulis examen fiat, de priuata bis in hebdomade sufficerit, Mercurij uel delicer & Sabbathi diebus, ex quibus ad publicā sola peccati relatio ab obseruatorē fieri poterit, sed in priuata chartulæ, quæ uerba referant, exhibendæ sunt. Ad utrumq; genus pœnæ necessariæ sunt, de quibus alias.

VII. ORDO.

DE PVERORVM PRO^Y motionibus uel translationibus.

SIcut uirtutibus præmia debentur, ita progressiones puerorum in studijs compensandæ sunt.

Singulis annis duæ translationes siant, idq; tum, cum absoluta disputatione specimē studiorum ediderunt.

Qui bene disputarunt, & alioqui præceptorum testimonia habent, ad ordines superiores prouehantur.

Vtile esset duobus primarijs, qui profectus

ctus fecissent utiles, præmia dari, quo & ipsi
& cæteri ad parem alacritatem extimularen-
tur.

Nemo transferetur in classem aliam, nisi
sit in suo perfectus ordine, ne dum gratia
queritur, studia iacturam facere necesse sit.

Cum fit translatio, obiter admoneri iu-
uentus de studijs potest, sed ita, ut simul de
sua diligentia polliceatur.

Qui in prioribus classibus uersantur, eo-
dem tempore Themate scribendi exercentur,
idq; ita, ut proposita materia communi qui-
libet suo loco uel ordine consistens ex Ger-
manicis Latinam effingat orationem, nulla
facta discedendi copia. Ex eorum collatione
& alijs rebus aliqui bene gestis locorum di-
stributiones instituendæ sunt, ut in hoc quoq;
virtus suis præmijs dignata uideatur.

VIII. ORDO.

DE FUNERIBVS.

IN funeribus cum ordo nihilominus requi-
ratur, hæc maxime conuenire putamus.

Sicut pro ratione parochiarum sepul-
turae fiunt, ita quilibet collegarum suæ pro-
uinciae funera procurabit.

Cum Christus dicat sepeliant mortui su-
os mortuos, nolumus scholasticum cœtum ad
eorum sepulturam, qui impie & extra Eccle-
siam decesserunt, prodire, nisi cum pastores
simul autores esse uoluerint.

B iiiij

Gan.

Cantiones Germanicæ solent ut plurimū propter evidentiam & affectus adhiberi, nō nunquam & latīnæ admiscentur, quæ non est īnepta ratio, modo recte usurpetur.

Cantiones Iob, & canticū Simeonis Germanicū & alia quædam, quæ uulgo habentur, aptissime consentiunt.

Cum magna puerorū frequentia fuerit, admonendi minorcs sunt, ut cantionibus abstinentes, maioribus locum canendi relinquant, ne in tanta uocum uarietate distractio nem intercedere necesse sit. Scholastici prodeant pro ratione parochiarum, in quibus cōmorantur.

Qui primani sunt, in minoribus funeribus immunitatem uel ætatis uel studiorum nomine habent.

Qui sub collega erudiuntur, ne ocio tempus interea consumant, in gratiam collegæ una prodibunt, etiam si non sint in ea parochia, nisi dispensare libuerit.

Quod si tota frequentia rogetur, nō gravatim gratificari decet, & semper pro rogatu uel uotis hæc peragi possunt.

Qui nomina non habent in matricula Scholæ, nunquam admitti debent, ne rudiores Musarum gaudeant priuilegijs.

Sunt & mores scholasticorum necessarij, sed de his suo loco dicere decretum est.

IX. ORDO.

DE P.OENIS.

Sicut

Sicut corpus sine nervis invalidum est, ita
Respub: nisi pœnarum adiungat calca-
ria, disciplinæ dignitatem diu tueri non
potest.

Pœnæ scholasticæ multiplices sunt, ex
quibus hæc capita memorabilia potissimum,
obiurgatio, ignominia, pulsatio, multæ pecu-
niariæ, inclusio, depulsio.

In pœnis consideranda tria ueniunt, per-
sonæ circumstantia, quantitas delicti, modus
& quantitas supplicij.

Minores octodecim annis partim ferulæ
corpus subductum habere debent, partim le-
uoribus coerceri supplicijs, nonnunquam in-
clusionibus.

Egressi decimum octauum annum, ut plu-
rimum pecunia luent, sed in delictis atrociori-
bus cætera supplicij genera suo modo adhi-
benda sunt, idq; ualet in prima classe potissi-
mum.

Qui bonæ spei sunt, & ut plurimi bene
agunt, nonnunquam leuius tractandi sunt,
nonnunquam dissimulatione prætereundi, ne
carnificina euadat, ne ui, metuq; res agi uide-
atur magis quam pudore & liberalitate.

Quibus male agendi propositum est, &
ut plurimum agunt, iustitia non æquitate re-
gendi sunt.

Peccans ex omissione aut infirmitate con-
siliij, aut ignorantia probabili, leuius puniri
poterit.

Peccans ex petulantia maloq; proposi-
to, grauioribus supplicijs coercendus est.

Semper & omnibus modis pro ratiōe de-
lictii, quantitas supplicij constituenda est, sed

B v non

nonnunquam hæc pro arbitrio fieri debent,
ac licebit cū mitigare, tūm etiam exasperare.

De modis pœnarum pro ratione facti
peculiares tabulæ conscriptæ sunt, quæ ut
tempore uariant, ita huc referri superfluum
esse iudicauimus.

X. ORDO.

DE ALIIS QVIBVS, dam casibus,

MUltum in omnibus rebus tempora ua-
riant, & circumstantiæ, ita hic quoq;
fieri potest, ut alia noua succrescant &
mutantur & quorum hæc sunt domicilia.

Ex ijs, qui nouicij ueniunt, nemo facile
sine testimonio recipiatur, nisi spes indolis
appareat.

Nouicij qui ueniunt, primum omnium
examinandi sunt, ut studijs exploratis de or-
dine iustum adhibetur iudicium.

Si fiscus Scholasticus ex multa pecuni-
aria mediocriter instructus fuerit, æquum est,
ut ea pecunia, uel in egenos scholasticos ero-
getur, aut distribuatur, uel alioqui in usus
scholasticæ rei conferatur.

Cum solis æstum Sirius adauget, qualibet
eius temporis hebdomade, diem unū sed po-
meridiano tempore uacuū concedimus, prout
æstus ratione consentaneum iudicatur.

SECVN

SECVNDA

PARS.

DE OFFICIIS PRO^{fessorum.}

I. ORDO.

DE OFFICIIS IN

templo.

Rector, Conrector, & Cantor a templorum gubernatione sunt immunes, excepto cum Scholasticus catus in ædem Hulderici conuenit, interim tamen morum & ordinum in qualibet æde sunt inspectores.

Ex collegis cæteris quilibet suam Spartā administrabit, & consentaneum esset classium & parochiarum similem ordinem seruari.

In templis cum conueniendum, collega semper iusto tempore compareat, ut magis ex primis quam ex ultimis aut medijs existat, nec compareat tantum, sed finito pulsu canendi faciat auspicium.

Duo

Duo spectanda maxime sunt in choris,
primum ut cantionum decora seruentur, de-
inde ut mores puerorum probati sint, cuius &
ipse obseruator erit, & alios quoque inspecto-
res substituere potest.

In templis & choris singuli plenaria gau-
dent potestate, ut iusta & æquali autoritate
omnibus, quicunque sint, imperent.

II. ORDO.

DE OFFICIIS IN SCHOO- la generalibus.

IN scholis cum primum conueniendum est,
qui hebdomadarius fuerit, confluentibus
scholaisticis ipse quoque primis adsit con-
gressibus.

Idem in Musices enarratione lectoria
peruagabitur, ac ut omnes in officio sint, effi-
ciet.

Quod si tumultus excitentur, aut alioqui
præter officia discipulorum fiat, non repre-
hendet tantum, sed & poena pro ratione de-
licti coercedit idque uel præfectos & decanos,
si cessent in officio, uel ipsos male mercentes,
prout iudicat esse consultissimum.

Cum docendi gratia maxime in his fun-
ctionibus uersentur, præstandum est, ut in ip-
sis horarum punctis præsentes compareant,
nequid uel damni studijs puerorum ex cessa-
tione.

tione accedat, uel in morib⁹ ex licentia præter æquum ac bonum peccetur.

Quod si uel honoris uel necessitatis nomine non nunquam eos auocari contingat, sicut fit, non est deneganda absentia, sed quemadmodum in tutela & cura nonnunquam ali⁹ tutor & curator substituitur, ita ipsi quoq; pastorem alium ouibus suis rogabunt atq; substituent, sed tamen Rectoris interponetur autoritas.

Cum offici⁹ res agitur, semper id unice conandum est, ut omnia didascalice, a laetiter, comiter, fideliter, sine confusione, sine obscuritate, sine somnolētiā, sine acerbitate, sine inuidia apud pueros deponantur.

In primis & ante omnia necessarium est, ut Christiana doctrina pure & uere proponatur.

In explicatione tantum id tradi conuenit, quod est in autore, qui enarratur.

In omni enarratione conandum, ut simplex ueritas bona fide quæsita uidea tur.

Nunquam plus legendum, quam uel repetere iuuentus, uel recordandi uis sustinere potest.

Nunquam pueri copia librorum one randi sunt, sed efficiendum est, ut paucos multum legant & bene.

In explicatione longe circumductiones uel periodi, cum artas rudior docetur, uitandæ sunt, quin potius, ut omnia rotunde, sine affectatione fiant, præstandum.

In properando & hærendo semper iterum pro circumstantijs seruari debet.

In re

In repetitionibus questiones adhibeantur, sed breues & apertæ. quod de munere
simon Nunquam ad noua ueniendum, prius quam susceptum argumentum perfectum fuerit, idq; propter intelligendi facultatem, mensq; cupiditatem, quæ ad perfectionem contendit. recte in uenienti obiecto 38. tomus

Semper mores etiam inspiciendi sunt, ut nihil nimium fiat, nihil desideretur, nihil suo loco uel ordine immutatum compareat.

Quod si aberrantem a semita iustitiae apprehenderint, decet ad Medicorum imitationem parti degeneranti medicas adhibere manus, ne pars syncera trahatur.

Sunt & priuatae institutiones puerorum in scholis omnino retinendæ, & id cum repetitionis gratia, tum ideo quoq; quod prima aetas sibi ipsi sufficere non possit.

III. ORDO.

DE SPECIALIBVS OFFICIIS PRO RATIONE CLAS- SIMUM.

Sicut ex quois ligno non fit Mercurius, ita nec explicatio quælibet quibuslibet fieri potest, nec omnium æqualis est institutio.

Rector totum corpus introspicit, & suum cuiuslibet pensum distribuens, ipse quoq; in sua statione diligenter decertare devet.

Rector

Rector aliquando templa uisitabit,
ut ritus moresq; adolescentum introspiciantur.

Idem lectionibus nonnunquam aderit, ut
& testis & admonitor sit, ne quid inutiliter
proponatur, præsertim si suspicio quædā da-
ta fuerit.

Rectoris munus est, ut bona fide disce-
dentibus, si petant, testimonia non deneget.

Conrectori tanquam coadiutori eadem
incumbunt onera, ut mutuis omnia peragan-
tur manibus.

Cantor hora duodecima statim sub ipso
pulsu compareat, & in precibus apud pueros
faciat auspicia.

Ex cæteris collegis quilibet suam classem
curabit, singula iusto peragens ordine.

Qui minoribus præfunt, nonnunquam
interquiescant, & pueris relegendi copiam
permittant, sed ita tamen, ut semper præsto
sint.

Elementarios & lectionarios docens,
in legendo de recta pronunciatione sed in
scribendo de literarum elegantiore ductu ad-
moneat.

In Explicatione apud Tyrones satis est
sententiarum & uerborum formas interpre-
tari, sed apud maiores luculenta decet com-
memoratio, quales sunt, historiarum, consue-
tudinum, consiliorum, insignium locorum qui
in arte continentur, phrasium ornamento-
rum, & similium.

Quintiliani memorabilis est sententia, si-
c ut uiator ad comitem, ita docens ad audito-
rem accommodare se debet.

III. Or

III. ORDO.

DE MORIBVS & alijs quibus; dam.

Regis ad exemplum totus componitur orbis, ita dubium non est, quin in scholastica gubernatione docentium mores necessario requirantur.

In præceptoribus tria spectanda, doctrina, uirtus atq; studiū erga res humanas, quoniam oportet esse tales, ut possint & uelint amplificare literas.

In primis uocationibus nemo admittetur, nisi constet eum de religione consentire.

In officio diligentes sint & fideles, in uita honesti, pij, modesti, inculpati, uirtutum amantes, & uiciorum osores.

Pueris parentum more insinuare se debent, & aliquando præmijs eos allucere.

Nec seueritas nimia, nec nimia familiaritas decet, sed utramq; inter se quasi temperatam esse conuenit.

Quod ad mutuam coniunctionem attinet, concordiae studebunt, mutuo se complectentur, non conuiciabuntur mutuo, nō clamculum mordebunt.

Singuli singulis suo loco reuerentiam & honorem exhibeant, & semper aberrans recte monenti pareat.

Cum

Cum statuendum est aliquid pro tora gubernatione, communi statuatur sententia, iuxta illud, Quod omnes tangit, ab omnibus approbari necesse est.

Si quando cum pueris loquuntur, latine fiat apud intelligentes idq; ideo, ut suo exemplo præeant adolescentibus.

Si qua suspicio turpitudinis de aliquo aboriatur ex uere similibus coniecturis, iudicium ad scholæ tutores pertinebit, re cognita, reo damnato lectio adimetur & stipendium.

Collegæ mutuos statis temporibus congressus habeant, in quibus controversiae compontantur, & quæ desiderata fuerint, cognoscantur, cæteris etiam iudicij formulis adhibitis familiariter.

C T E R



TER TIA PARS.

DE OFFICIO SCHOLASTICORUM.

I. ORDO.

DE MORIBVS ET OFFICIJS COMMUNIBUS.

NVlla fœlix est Respub. sine legibus & disciplina, Ita Scholastica gubernatio, quæ teneram mentem format, nisi formulas morum præscriptas habeat, dignitatē suam tueri non potest.

Primum omnium & in genere prohibemus blasphemias, detestationes, dirarum imprecations, abusum nominis Diutini, iuramenti, Magiam, mendacia, furga, libidines, conuicia, libelios famosos, iniurias, confoederaciones aut conspiraciones, & quicquid iure communi nefas esse putatur.

Nonnunquam commutationis, uenditionis, donationis & similium contractus ex leuitate fiunt, sed nunc toti frequentiæ hoc generis

merē interdicimus, adeo ut nec satisfieri uellemus nec impunes ullos actores habituri simus.

Prohibemus simili ratione gladios, pugiones, sicas, iaculationes globorum plumbeorum, euocationes ad dimicandum, seditiones, grassationes, symposia, publicas tabernas, spurca colloquia & quicquid Martium magis est quam Musicum.

Piscationes, uenationes, aucupationes & similia scholasticis non conueniunt & ab ijs exerceri non uolumus.

Magna licentia in natationibus aut lotionibus else solet, sed qui scholæ uult gaudere priuilegijs, prorsus ijs abstinentum esse sciat.

Aestiuo tempore usufructuum circa calendas Iulij pueris interdicimus, praesertim autem in schola.

Hyberno tempore iactu pilarum, quæ ex niue conficiuntur & cursitatione in area glaciali auditores nostros propter insigne periculum abstinere uolumus.

Choreis nuptialibus scholasticos abesse iubemus, nisi inuitati sint, sic inuitatis modestiam præcipimus, nec cuiquam ductus in gyrum debent esse liciti.

Nulla scholasticis cum ijs, qui a studijs alieni sunt, conuersatio conceditur, ita nec cū ijs conuersandum, qui propter male merita ex ordine exclusi sunt.

Spectacula sine consensu præceptorum exhiberi nulla permittimus, nec in ea re illiteratorum sibi coniungent industriam.

Frequentatus scholam primum Rector remadeat, petatq; nomen suum inter discen-

C ijs tium

tium referri nomina, ac legibus se obtemperaturum promittat.

Cum conueniendi tempus est, nemo sine uenta emaneat, qui absentes esse coguntur, præceptoribus coram absentia causam redant, aut missa scheda proprij Chirographi causam proferant, ueniamq; petant.

Qui nouicij sunt, non occupent hospitia sine consensu docentium.

Qui autorum explicationem audiunt semper & omnibus locis omni tempore latinæ linguae sermonem sonare debent.

Grauissimas poenas inminere sibi nouerint qui spretis legibus suo nihil non agunt arbitrio.

II. ORDO.

DE MORIBVS IN templo.

Certum est omnes homines ideo conditos esse ut extaret imago Dei agnoscens & glorificans D E V M, quo fit ut pietatis exercitia iuuentuti necessaria uideri debeant.

Principio serio mandamus, ut in templo, cum iustum conueniendi pro consuetudine tempus est, uniuersi singuli scholastici sine tergiuersatione compareant & quidem sub ipsum pulsum.

Quidlibet ædem suæ parochiæ petere
debet

debet ne pastorem diuina uoce sibi quoque ora-
dinatum uideatur contemnere.

Absentibus difficulter uenia concedetur
nec id alia ratione quam si grauissimam excus-
ationis rationem prætendere possunt et pro-
bare.

In ingrediendo & exiendo strepitus ui-
tandi sunt & tumultus.

In templo cum canitur, præcinentem in-
tueri & collegam cœterosq; pueros commu-
ni uoce iuuare decet, sed præcinere uel in fine
moderatorem uoce æquare nemini fuerit im-
pune.

Cum conciones habentur, oculis & men-
te in eum intueri conuenit, qui uocem DEI
personat in Ecclesia.

Cum sacra res peragitur, uerecunde de-
bet astare, nudato capite, manibus pedibusq;
iunctis, oculis bene compositis, & flexo, cum
res postulat, poplite.

In nomine Iesu genu flectendum est, ut
Paulus hortatur, idem faciendum cum gloria
canitur, cum fit mentio preciosi sanguinis.

Cum nondum sacræ rei uel cantionum
facta sunt auspicia, orationi inuigilandum est
aut lectioni.

Sedes præceptorum siue adsint, siue ab-
sint, nemo occupet, nisi certa de causa per-
missum fuerit.

Cum cantiones scholasticæ interquie-
scunt concinente populo nonnulli cessum sibi
capiunt tanquam admodum defatigati, qua-
re tanquam inciuali scholasticos omnes no-
stros abstinere uolumus.

In stando & sedendo modestiam requiri-

Cuius,

mus, ut quilibet suo loco consistat & virtutis
specimen exhibeat.

Circumcurositatio & confabulationes
mutuae nulli unquam debent esse licite.

Nemo dormiat, ne duriori grauetur excla-
tatione.

Nemo se subducat sine uenia antequam
omnia peracta fuerint.

In uestibus compositio necessaria est et
eas in templis simpliciter indutas esse uolu-
mus.

Si quid obiter præceptores admonue-
rint, pueros parere cum animi alacritate iu-
bemus.

Librorum prophanorum lectione in tem-
plo interdicimus.

Cum exeundi tempus est, uitandi sunt
impetuosi motus & nihil hic absq; qutu præ-
ceptorum fieri decorum est.

Summopere uetitum sit ne quis scurilli-
ter in res sacras loquatur.

Quoniam autem & Christianæ uitæ in-
spectio requiritur, ideo participationem de-
cœna Domini negligi prorsus non uolumus,
ne Ethnicismum magis quam Christianismū
alere iudicemur.

In nuptialibus decantationibus omnes
qui pares sunt, cum uocantur obedire iube-
mus. In ijsdem uirtutis & modestiae specimen
lucere non minus, quam cœteris in locis, ne-
cessitatem habet.

Præfectis & Decanis hoc esto commis-
sum officium, ut secus agentes referant in ta-
bulas ac eodem uel sequenti tempore præ-
ceptoribus notos faciant, de quibus pro ra-
tione

tione personæ, loci & facti sumantur sup-
plicia.

III. ORDO.

DE MORIBVS VEL OF- ficijs in Schola.

Non est dubium scholas pietatis, virtutis, & sapientiae officinas esse, qua in re præstandum est, ut omnia reuerenter eo in loco siant.

Quamprimum pulsus fieri cœperit co-
uocari se adolescentes iudicabunt, & eodem
tempore sub ipsum pulsum omnes conuenire
suebemus.

Cum iustum conueniendi tempus est,
nemo sibi licentiam emanendi sumpserit, sed
si quid interueniat, per ueniam dabitur excusatio.

Veniam petens uel coram id faciet uel
scheda proprij Chirographi missa causam ab-
sentiae reddet.

Cum Catechismi, Euangeli et similiūm
fit explicatio, simpliciter omnes interesse uo-
lumus, nec ualebit absentiae excusatio, nisi ex
grauissima causa.

Quod si qui somnolenter scholas ingre-
diantur, pro membris non reputabuntur, sed
potius depulsionis sibi periculum esse nouer-
gent, ut quibus ipsi discipuli non sunt, h̄dem
nec ipsis præceptores existant.

C lxxv In-

Ingressuri scholam non resistant præ fortibus nec in platea, & ijsdem in locis ociosorum exemplo obambulare sit prohibitum.

Scholam ingressus modeste locum eum occupabit, quo præceptorum autoritate quilibet sedere iussus est.

Serio prohibitum sit, ne quis ante tempus lectionis uagetur, cursitet rixetur aut quoscunq; strepitus excitet.

Cum nihil agendo male discatur agere, ocio in schola sedentibus interdicimus, ecōtra uero libros apertos esse uolumus, idq; ita, ut repetitionibus & ediscendo pueri sese exerceant.

Cum prælectiones fiunt, attentionem præstari conuenit.

Tempore matutino cum Catechismus aut caput ex Biblijs recitandum est, quilibet pro ratione successionis uel ipse recitationem absoluet, uel alium impeditus substituet.

In ludo sedens ad prælectiones audiendas chartam calamumq; semper in promptu habeat, ut excipiat, si quid notatu dignū proferatur in medium.

Inter prælegendum uitentur murmura, confabulationes, sopor aliarum rerum actiones, offensiones mutuae, strepitus, aut quicquid tumultuationis potest habere specimen.

Recitans aliquid liquido faciat hoc, distincte & sine confusione.

Absente præceptore uel euocato sic omnia agenda sunt, ac si coram adesset.

Antequam lectiones peractæ sint, nemo sine uenia audaciam ex schola discedendi sibi sumpserit.

Fini-

Finitis lectionibus cum is qui docuit, recedit aliquantis per repetitiones, lectio-
nes aut scriptiones fieri uolumus, ne tem-
pus, quod alioqui labile est, inutiliter effluere
queat.

In interuallis lectionum collationes aut inquisitiones de lectione concedimus sed fu-
tile uerborum commutationes, tumultus &
quicquid eius est, prorsus ex scholastico coetu
in ultimas terras relegamus.

Cum cantiones in lectionum fiunt in-
teruallis, unanimi uoce canendum est, pro-
pterea quod & inuocationis & confessionis
officium ad omnes homines sine discrimine
pertineat.

Omnibus officijs in schola peractis
cum ad suas quilibet aedes dimittitur, abi-
tionem modeste fieri iubemus, & in hoc
genere clamores, uociferationes, tumultu-
ationes & similia simpliciter uitanda sibi
sciant.

Cum laudabile sit, quod ordine fit, requi-
rimus ut discedentes iunctis paribus iustum
ordinem praestent & tueantur.

In excundo quilibet recta domum se re-
cipiat sine ulla interposita dilatione non ne-
cessaria.

Vestes in schola non ex humeris pen-
dere sed induotas esse uolumus, ut inter scho-
lasticum & gregarium discrimen conspicia-
tur.

Præfectis & Decanis esto commissum
officium, ut secus agentes animaduertant &
deprehensos professoribus indicent, de qui-
bus poenæ suo sumentur ordine.

C v IIII. OR

III. ORDO.

DE MORIBVS IN platea.

SEmper de tota gubernatione iudicium a moribus externis sumitur, ideo diligenter tissime uirtutes in plateis elucere uolumus.

In plateis necessariæ uirtutes sunt, modestia uultus, modestia in eundo, modestia in loquendo.

Ociosi hominis est, moram in platea non necessariam facere, ac ea de causa prohibemus, ne quis eo loco sine causa probabilitius, quam pro cundo, commoretur.

Viciolum est oculos huc illuc circumagere ac ne quis id faciat, admonitos omnes esse uolumus.

In primis & simpliciter hæc prohibita subemus esse, quæ sunt, ordinum perturbatio, circumcursatio, uociferatio, rixatio, decertatio, tumultuatio, idq; adeo, ut, qui contra fecerit, durissima supplicia subiturus sit.

Ludere in plateis nemini debet esse licitum.

Si quis uirum honestum reverentia dignum, nec non puellam & matronam præterierit, honorem præstabat nudato capite & similibus.

Si quis alterum petulantí derisione exceptus.

ceperit, re delata grauiter punietur, cum ex-
emplum Dei quisq; sit in imagine parua

Prefecti & Decani morum inspectores
& de male meritis accusatores esse debent,

V. ORDO.

DE MORIBVS IN funere.

CVM in confessio sit hominem ad im-
mortalitatem creatum, decet etiam in
funeribus pie defunctorum certa uirtu-
tis elucere signa.

Qui prodeunt in funus non friuolis co-
gitationibus mentem exercere debent, sed
multo magis haec intueri, quod omnes morta-
les simus, quod saepe subitanea sit oppressio
mortis, quod animæ sint perpetuae, quod post
hanc alia uita sit, quod defuncti corporis ali-
quando gloria futura resuscitatio, quod
Deus rogandus sit pro fœlici migrationis ho-
ra & quæcunque sunt his similia.

Nemo eorum, qui ad comitatum a pre-
ceptore uocati sunt, reluctari, excusare aut fu-
ga subducere se licitum habebit.

In plateis eodem tempore prohibitæ
sunt discursiones, strepitus et quicquid tumultu-
cum nomine iudicari poterit.

Prætereuntes defunctorum ædes capite
nudato reuerentiā exhibebunt, non tam pro-
pter exanime corpus quam uel propter præ-
sen-

Sentes uel memoriam de promissione D E I:

In cantionibus quilibet suam adiungat operam, idq; ita ut decore decantatum compareat.

Cum tota prodit frequentia scholastica, posteriores tantum tacentibus prioribus canant ne in tanta copia Melodiæ distractio nem intercedere necesse sit.

Cum ad locum sepulturæ peruentū fuerit, caueat quilibet ne uagetur, ne tumultetur ne canendo gubernatorem deserat.

Post humationem in discessu idem præstabitur, quod ante sepulturam decere significatum est, ac præcipue modestiam in templo petendo uitata confusa concursione mandamus.

Præfecti & Decani tanquam obseruatores certis interuallis debent a cæterorum lateribus interdum esse ac delinquentes cum admoneretur annotare, tum collegæ de facto eorum declarare.

VI. ORDO.

DE OFFICIIS ET M O_sribus domesticis.

SIcut omni loco lux nostra coram hominibus lucere debet, ita domi quoq; præstandum est ut nihil præter ordinem commissum esse prohibeatur.

Domesticarum uirtutum præcipuæ sunt, pietas.

pietas erga parentes, obedientia, fidelitas,
Modestia, Tranquillitas, & in uocatione dilig-
gentia.

Qui scholastici sunt, cū a re literaria con-
ceditur immunitas, domi se continere debent
nec unquam per plateas diuagari, nisi dome-
sticum aliquod urgeat negocium.

Domestica conuersatio non est continua
quædam a studijs liberatio, ideoq; uel repe-
tendo uel ediscendo uel legendo uel fingen-
dis proprijs id temporis adolescentes insu-
mendum esse nouerint.

Nemo rixetur cum familia, nemo tumul-
tus excitet, nemo iussis, quæ in rem heri sunt,
refragetur aut reluctetur.

Sicut alienū fundum domino reluctante in-
gredi nō licet, ita nemo sine consensu eius qui
dominus est ædium, egredi licere sibi iudica-
bit.

Nemo sine uoluntate patris aut heri pro
suo cerebro, præterquam fas & iustum est,
emanendi sibi sumat audaciam.

Qui familiā conturbauerit & herum parte
mœroris onerauerit, sicut domi locum habere
desinit, ita scholē beneficij & priuilegijs om-
nibus priuatus esse debet sine gratia.

Præfecti & Decani, qui uicini sunt, fami-
liam nonnunquam adire debent perconta-
riq; quo pacto scholasticus præsertim pere-
grinus, uitam instituat, idq; in ijs maxime, qui
malæ fidei suspicione onerati fuerint.

VII. ORDO.

DE

DE OFFICIIS ERGA Præceptores.

CVM Opt: Max: parentes honorare iubet, nemini dubium est cum cœteros magistratus tum etiam studiorū morumq; formatores significari.

Discipuli tōto genere præceptoribus ita se exhibebunt, ut parentum & optime meritorum loco agnouisse uideantur.

Siquid præceptores mandauerint officij nomine, simpliciter discipulos obedire uolumus, propterea quod & plus ætate sapient & præsumptio sit non male eos auditoribus uelle.

Qui præceptorem pretereunt, capite nudato reverentiam exhibeant, non tam personæ nomine quam in gratiam officij.

Quoties cohortationes aut obligatio- nes audiunt, perinde accipiendæ sunt ac si uia uoce Deum ipsum loquentem audirent.

Cum communis omnium sit uocatio, communis administratio, æqualiter omnibus præceptoribus auditores nostros parere uoluimus.

Quæcunq; rerum omnium ratio fuerit, tamen ita paratos animos esse decet, ut ex int̄imis affectibus omnes studiorum formatores amore prosequaris, magnifacias & reverentia complectaris.

Asperitatem, conuiciationem, infamati- nem, seditionem erga docentes tam prohibe- mus, quam quod maxime, qua in re qui secus agunt, quid merituri sint, uiderint ipsi.

S. 1

Si quis male meritus pœnæ se subiçere detrectauerit, merito pro mortuo membro reputabitur.

Si quis extiterit, cui professorum aliquis præceptor non est, idem præceptoribus discipulus esse non debet, donec agnito peccato et satisfactione interposira receptus in gratiam fuerit.

Præfectis & Decanis inspiciendi sit data prouincia, qui quod deprehenderint, uel Rectori uel cœteris renunciandi cura teneruntur.

VIII. ORDO.

DE OFFICIO PAE, dagorum.

OMNEM beneficium officij grata conferatur, ita pædagogi, qui dominorum liberalitate fruuntur, ad remunerationem se obligatos esse sciant.

In pædagogis quatuor maxime uirtutes necessariæ sunt, diligentia, fidelitas, comitas, Honestas uitæ.

Cum domi sunt, pueros exerceant in Grammatica pro captu, erudiant in pietate, moribus necessarijs instructiores efficiant, subinde cohortatiōibus excitant, & suo quoq; exemplo cum in studijs tum in moribus præluecant.

In plateis semper ijs, quos commendatos habent,

habent, adhærescere debent, ita ut deducen-
tes reducētes comitentur & de ijs, quæ agen-
da sunt, admoneant.

Cum scholam uel templum adeundi tem-
pus est, deducant eo & omnibus in schola
temploq; peractis officijs, inde domum redu-
cant.

Quod si qui certis de circumstantijs secus
facere cogantur, h̄dem hoc præstabunt, ut ali-
os suo loco substituant, quo pueri nihilominus
in officio sint, ne absentie causa deterius quid
agant aut patiantur.

In repetendo cum scholasticis lectioni-
bus & consuetudinibus consentiendum est.

Domi animaduertere in pueros licitum
est, sed in schola non itidem, nisi præsentibus
& permittentibus preceptoribus, cum iste lo-
cus alijs commissus sit, & alterius uocatio ui
præripi non debeat.

Qui pædagogi sunt, sine consensu domini
nec absint ab ædibus nec diutius absint, quā
ab hero permisum est.

Scholastica autoritate neminem ultra no-
nam ædibus abesse, neminem extra ædes cu-
bare uolumus.

Qui male pædagogiam gerunt, grauissi-
me punientur, ne ciuiū beneficentia propter
abusum claudatur & nonnunquam depulso
malemerito gubernationem alter accipiet.

IX. ORDO.

DE RATIONE

Studioꝝ.

Sicut

Sicut uiator, cum incerto uagatur animo,
nihil sibi nisi molestias gignit, ita qui
studiorum certam rationem non habet,
propemodum minus quam nihil agere uide-
tur.

Studia semper ab invocatione auspican-
da sunt, idq; ita ut simul etiam ad gloriam Dei
referantur.

Omnium prima cura de religione fuerit,
ut rudimenta Christianæ doctrine ab ipsis in-
cunabilis pueri discant imbibere.

Post religionem proxima sit Grammati-
ces cognitio, in qua quilibet pro suo captu se
exerceat.

Grammaticis fundamentis recte collo-
catis aliarum etiam artium elementa perci-
pienda sunt, ex quibus iuuentuti precipue ne-
cessariæ, Prosodia, Dialectica, Rhetorica,
Grammatica Græca, Arithmeticæ, Musica.

In omnibus artibus semper & unice co-
nandum est, ut præceptis mediocriter cogni-
tis utilia quadam adhibeantur exercitia cum
ex autoribus tum ex proprijs progymnasma-
tis, atq; hęc quasi cum ipsis coniungenda sunt
præceptionibus.

Exercitatio Styli cum multum ponde-
ris obtineat, nullo unquam momento, nullo
unquam loco prætermittatur, & uerum est,
quod huic generi bona pars eruditionis acce-
pta referri debeat.

Carminum scribendorum rationem ne-
mo est, qui uituperet, nisi qui ipse non didi-
cit, quo sit, ut huic quoq; labori sua sint tri-
buenda tempora.

De generibus aut formulis exercendi

D Styli

Stylī scribendorumq; uersuum alibi propo-
nuntur consilia, quæ quidem adolescentes so-
brie cum amplecti tum imitari debent.

Non contemnenda laus est multa le-
gisse, sed illa præstantior pauca bene utiliterq;
cognouisse, & Plinius dicit non multa legen-
da, sed multum.

Nihil tam prodest adolescentibus, quam
subinde, quæ a præceptoribus sapienter com-
municata sunt, repetere, quæ res & excitat
intellectum & habitum gignit & confirmat
memoriam.

In primis ætati primæ cauendum est,
ne se nouis ac proprijs imaginationibus aut
ad inuentionibus exponat, idq; ideo quod
hoc & acumen ingenij debilitet & longi-
us a rebus necessarijs auocet aut abducat, sed
satius est sapienter inuentis recte pruden-
terq; uti.

Qui sine cortice natare sciunt, his utile
nonnunquam est legentem præcurrere & de-
futura lectione præmeditari, ut, quid cuilibet
desit, quibus rebus præter cætera debeat ani-
num intendere, conspicuum fieri queat.

Semper & omnibus locis id curæ con-
uenit esse, ut ea, quæ necessaria, quæ maxime
principalia sunt, cognoscantur, ne, cum non
necessaria discuntur, quæ necessaria sunt, ig-
nota maneant.

X. ORDO.

DE LVSIBVS.

Cum

CVM durabile non sit, quod alterna ca-
ret requie, concedimus ludicra nonnun-
quam sed non sine conditionibus.

In lusibus quinqꝫ spectari uolumus,
quæ sunt, genus, tempus, locus, modus & Per-
sonæ.

Lusus honestos & liberales concedi-
mus, turpes qui iudicari possunt, omnino pro-
hibitos esse uolumus.

Lusus pilarum, cursuum, saltationum,
trochorum, globorum & similiū qui libera-
les sunt cæteris paribus denegatos esse no-
lumus.

Tesseras, aleam, chartas, fustes, fundas
& similes qui periculosi sunt, & lucrosi, tam
prohibemus, quam quod maxime.

Extra tempus remissionis, cum non est
ordinarie ludendi copia facta, nec domi nec
foris ludendum est.

Iunioribus cum lectiones cognitæ fue-
rint, non nihil ætatis gratia conceditur, sed
maioribus nihil: imo nec iunioribus cum le-
ctioni nondum satisfactum est.

Qui ludendi copiam habent, loca sepa-
rata sibi elegant, ubi sine Scandalo, sine mo-
rum censura res peragi poterit.

In platea, foro, & cœmeterio ludere pror-
sus esto prohibitum.

In iudendo familiaritas adesse debet &
catenus rixari nemini sit licitum.

Cum de lusibus scripti bonis uiris extent
dialogi, autoritate eorum nemo nisi latina lo-
quatur, excepto casu uenice.

Deponere pecuniam neminem uo-
lumus, propterea quod recreandi non lu-

D ij cri

cri gratia ludendi ratio concessa est.

Cum nemini rectius quam similibus conueniat, proptera cum æqualibus in eadem uocatione scholasticos ludere uolumus, cum inæqualibus conferre, si res cognita fuerit, non facile cuiquam impune erit.

XI. ORDO.

DE CANTIONIBVS EO_{rum} qui uitum ostiatim queritant.

NEcessariæ leges sunt ihs, qui ostiatim de cantant, propterea quod multis nominibus enormes conspiciuntur confusiones.

Ex ihs, qui choralem exercent, neminem nisi latine cantare uolumus, idq; ea ratione, ut semper cantilenam deligant pro tempore & festiuitatibus.

Qui figuralem exercent, temporis can-tica non negligant sed nonnunquam licentia conceditur.

Nemo cantet nisi melodia bene cognita, ne unius aut alterius in scitia ad totius frequentiae redundet ignominiam.

Scholasticus non nisi cum condiscipulo cantabit, cum inæqualibus id operis peragere ueritum esse significamus.

Omnibus locis, omnibus temporibus tan-tum piæ, sacræ & castæ melodiae decantari debent.

Obscar

Obscenæ quæ sunt, siue in plateis siue in conuiujs fiat, prorsus caueri mandamus, idq; adeo ut uel postulantibus alijs parere propter lucrum nemo debeat, ne magis utilitatis quæ honesti ratio uideatur habita.

Cum congressus nonnunquam absolutis decantationibus excrescere soleant, prohibitum esse denunciamus, ne compositionibus indulgeant aut quoquomodo genio dent operam.

Vt nihil non legitime fiat, subhemus concensoribus, ut leges sibi mutuo ferant & stabiliant, quibus ex æquo teneri petulantioresq; coerceri queant.

XII. ORDO.

DE OFFICIO PRAEfectorum & Decanorum.

CVM impossibile sit omnia solis a professoribus peragi statutum est, ut puorum quorundam adiungatur industria, quorum hæc erunt officia.

Cum conueniendi tempus est, Praefecti & Decani semper primi in schola sint, quod si fieri non potest, alium suo loco substituant.

Pulsibus finitis Decani catalogum recitabunt in singulis classibus, & insuper absentes seroq; uenientes referent in tabulas.

D in Si

Si tumultus excitantur, Præfectorum &
Decanorum officium erit admonere, coercere
& annotare eos, quicunq; sceleris autores
sint.


Cum recitationes fiunt, diligenter ani-
mum aduentent, ut nihil præter rem comme-
moretur.

Sabbathi diebus efficient, ut passim om-
nia lectoria scopis adhibitis munda fiant.

In templis, schola, plateis, domi & reli-
quis locis omnibus studiose dispicient, ne
quid alij contra leges admittant, & quicquid
actum inique cognouerint, id ut notum
præceptoribus cum publice tum
priuatim faciant, serio se
obligatos esse no-
uerint.

F I N I S.

IMPRESSVM MAGDE-
burgæ, apud Ambrofium
Kirchnerum.




Ga 2032

X 221 42 98

221





Farbkarte #13

B.I.G.

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
1	2	3	4	5	6	7	8	9
Centimetres								
1	2	3	4	5	6	7	8	9
Inches								
1	2	3	4	5	6	7	8	9
10	11	12	13	14	15	16	17	18
19	20	21	22	23	24	25	26	27
28	29	30	31	32	33	34	35	36
37	38	39	40	41	42	43	44	45
46	47	48	49	50	51	52	53	54
55	56	57	58	59	60	61	62	63
64	65	66	67	68	69	70	71	72
73	74	75	76	77	78	79	80	81
82	83	84	85	86	87	88	89	90
91	92	93	94	95	96	97	98	99
100	101	102	103	104	105	106	107	108
109	110	111	112	113	114	115	116	117
118	119	120	121	122	123	124	125	126
127	128	129	130	131	132	133	134	135
136	137	138	139	140	141	142	143	144
145	146	147	148	149	150	151	152	153
154	155	156	157	158	159	160	161	162
163	164	165	166	167	168	169	170	171
172	173	174	175	176	177	178	179	180
181	182	183	184	185	186	187	188	189
190	191	192	193	194	195	196	197	198
199	200	201	202	203	204	205	206	207
208	209	210	211	212	213	214	215	216
217	218	219	220	221	222	223	224	225
226	227	228	229	230	231	232	233	234
235	236	237	238	239	240	241	242	243
244	245	246	247	248	249	250	251	252
253	254	255	256	257	258	259	260	261
262	263	264	265	266	267	268	269	270
271	272	273	274	275	276	277	278	279
280	281	282	283	284	285	286	287	288
289	290	291	292	293	294	295	296	297
298	299	300	301	302	303	304	305	306
307	308	309	310	311	312	313	314	315
316	317	318	319	320	321	322	323	324
325	326	327	328	329	330	331	332	333
334	335	336	337	338	339	340	341	342
343	344	345	346	347	348	349	350	351
352	353	354	355	356	357	358	359	360
361	362	363	364	365	366	367	368	369
370	371	372	373	374	375	376	377	378
379	380	381	382	383	384	385	386	387
388	389	390	391	392	393	394	395	396
397	398	399	400	401	402	403	404	405
406	407	408	409	410	411	412	413	414
415	416	417	418	419	420	421	422	423
424	425	426	427	428	429	430	431	432
433	434	435	436	437	438	439	440	441
442	443	444	445	446	447	448	449	450
451	452	453	454	455	456	457	458	459
460	461	462	463	464	465	466	467	468
469	470	471	472	473	474	475	476	477
478	479	480	481	482	483	484	485	486
487	488	489	490	491	492	493	494	495
496	497	498	499	500	501	502	503	504
505	506	507	508	509	510	511	512	513
514	515	516	517	518	519	520	521	522
523	524	525	526	527	528	529	530	531
532	533	534	535	536	537	538	539	540
541	542	543	544	545	546	547	548	549
550	551	552	553	554	555	556	557	558
559	560	561	562	563	564	565	566	567
568	569	570	571	572	573	574	575	576
577	578	579	580	581	582	583	584	585
586	587	588	589	590	591	592	593	594
595	596	597	598	599	600	601	602	603
604	605	606	607	608	609	610	611	612
613	614	615	616	617	618	619	620	621
622	623	624	625	626	627	628	629	630
631	632	633	634	635	636	637	638	639
640	641	642	643	644	645	646	647	648
649	650	651	652	653	654	655	656	657
658	659	660	661	662	663	664	665	666
667	668	669	670	671	672	673	674	675
676	677	678	679	680	681	682	683	684
685	686	687	688	689	690	691	692	693
694	695	696	697	698	699	700	701	702
703	704	705	706	707	708	709	710	711
712	713	714	715	716	717	718	719	720
721	722	723	724	725	726	727	728	729
730	731	732	733	734	735	736	737	738
739	740	741	742	743	744	745	746	747
748	749	750	751	752	753	754	755	756
757	758	759	760	761	762	763	764	765
766	767	768	769	770	771	772	773	774
775	776	777	778	779	780	781	782	783
784	785	786	787	788	789	790	791	792
793	794	795	796	797	798	799	800	801
802	803	804	805	806	807	808	809	810
811	812	813	814	815	816	817	818	819
820	821	822	823	824	825	826	827	828
829	830	831	832	833	834	835	836	837
838	839	840	841	842	843	844	845	846
847	848	849	850	851	852	853	854	855
856	857	858	859	860	861	862	863	